

NICOLAI COPERNICI

maliæ cōmutatiōis Iouis æqualis fuerit in partibus CL XXXIII. scrup. suo uero motu in part. CI X. scrup. LII. Et quod apogēum eccentrici iam sit in CLIX. fere partibus à cornu Arietis stellati, quod erat inquirendum.

Comprobatio æqualis motus Iouis. Cap. XII.

AT iam superius uisum est, quod in ultima trū summae noctis fulsionum à Ptolemæo consideratarum, Iouis stella fuerit motu suo medio in quatuor part. LVII. scrup. cum anomalia commutationum part. CL XXXII. scrup. XLVII. Quibus cōstat, quod in medio tempore utriusq; obseruatiōis effluxerint in motu cōmutatiōis Iouis supra plenas reuolutiones pars una, scrup. v. & in motu suo partes fere CI II. scrup. LIII. Tempus autem quod intercidit ab anno primo Antonini, die xx. mēsis Athyr Ægyptiorū, post horas quinq; à media nocte sequenti, usq; ad annum Christi M. D. XXIX. ac ipsas Calend. Februarij. horas xix. post medium noctis præcedentis, sunt anni Ægyptij M. CCC. XCII. dies XCIX. scrup. diei XXXVI. cui etiam tempori secundum numerum supra expositū respondet similiter gradus unus, scrup. v. post revolutiones integras, qbus terra louē æqualibus millies bis centies, bisq; trigesies septies cōsecuta præoccupauit, sicq; numerus uisu cōpertis cōsentiens certus examinatusq; habetur. Sub hoc quoq; tempore manifestū iam est, quod summa infimaq; absis eccentrici permutatæ sunt in cōsequentia grad. IIII. s. Distributio coæquata concedit trecentis annis, gradum unum proxime,

Loca motus Iouis assignanda. Cap. XIII.

CONIAM uero tempus ab ultima trium obseruatiōnum anno primo Antonini, xx. die mēsis Athyr, quatuor horis à media nocte sequente, ascendendo ad principium annorum Christi, sunt anni Ægyptij CXXXVI. dies CCC. XIIII. scrup. x. sub quibus mediis commutationum motus sunt partes LXXIII. scrup. XXXI. Quæ cum abla